



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

De Privilegiis, Et Excessibus Privilegiatorum. Titvlvs VII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

carceri mancipari. Quidam præterea capellanos in ecclesiis pleno jure spectantibus ad eosdem (sicut nulla causa subest legitima) celebrare non sinunt, nec administrare parochias ecclesiasticas sacramenta. Nonnulli a etiam indebitè Abbates, monachos & conversos exemptos, necnon & clericos ipsi pleno jure subiectos, suis non parent in iis etiam, in quibus non tenentur eisdem, inconfusa facilitate suspendunt, excommunicant, capiunt, & incarcerant, ac loca & ecclesias interdunt ipsorum. In exigendo insuper ab ipsis exemptis, ipsorumque subditis subsidia charitatis, excedunt nimium contra eos. Et insolitas ac indebitas ipsi contra iura exactiones imponunt: Novos census & indebita onera parochialibus imponunt ecclesiis, in quibus exempti jus obtinent patronatus: Processus iuste factos, seu sententias iuste latis a delegatis sedis Apostolicæ, vel a conservatoribus pro exemptis, publicari seu executione mandari à suis subditis, non permittunt. Tabellionibus publicis inhihent, ne instrumenta conficiant: Et iudicibus ne iustitiam faciant, ac iurisperitis ne consilium vel auxilium præbeant in causis, seu negotiis eorumdem: Presentatos pro exemptis ad ordines vel beneficia, quorum presentatio ad eos pertinet, non lunt admittere, nisi presentantes ponant obedientiam in salutatione literarum, quas pro huiusmodi presentatione transmittunt: Ecclesiis quoque vacantibus, in quibus monasteria jus obtinent patronatus (reputatis personis idoneis presentatis ad eas) personas insinuant inhabiles & indignas. Quidam etiam ecclesias curam animarum habentes ad mensam Abbatum spectantes, quarum fructus quandoque clericis secularibus tradunt, seu concedunt ad firmam, clericis ipsi decedentibus, suis conferunt clericis, quamquam ipse propter hoc ecclesiæ in veritate non vacent. Nonnulli quoque in ecclesiis monachorum iura ipsorum iniuste sibi appropriant, & de ipsorum redditibus, ut volunt, ordinant, ita quod rectoribus earum non remanet unde valeant sustentari. Quidam cum armis & erecto vexillo, molendina, & alia bona contra iustitiam destruant exemptorum, quæ etiam tanto tempore possederunt, quod de contrario memoria non existit: Mittuntque frequenter ad monasteria suarum civitatum & dioecesum suos consanguineos & nepotes, & interdum animalia sua cum custodibus, ut eis de bonis monasteriorum debeat provideri: Abbates insuper, & priores monasteriorum frequenter compellunt, ut suis consanguineis & nepotibus monasteriorum suorum, seu prioratum possessiones & concedant in perpetuum, vel ad tempus: quas quidem concessiones, vel a pensiones nos nullas esse volumus ipso jure: Eosdem quoque Abbates & priores quandoque compellunt ad presentandum sibi ad ecclesias vacantes, in quibus jus obtinent patronatus & ad monachandum interdum suos familiares, consanguineos, vel nepotes. Frequenter etiam permittunt, & tacite consentiunt, quod in suo dominio temporali per milites, vasallos, & ipsorum temporales officiales monasteriorum bona mobilia & immobilia per violentiam occupentur, in casibus non permittis à jure: & alia variis injuriis personis ecclesiasticis & monasteriorum hominibus irrogentur. Præterea interdum iniuste Abbates, priores, ac alios beneficiatos beneficiis suis privant, ut sic fructus beneficiorum illorum percipere valeant primo anno, prætextu privilegii, quod asserunt se habere, quod usque ad certum tempus fructus beneficiorum vacantium possint percipere primi anni: Quibus non

contenti equos, boves, thesaurum, & alia bona monasteriorum & beneficiorum vacantium illicite occupant, quæ essent futuris successoribus reservanda. Quidam militibus, & aliis potentibus dignitatum suarum redditus & proventus vendunt ad tempus, ut per se ipsos exempti vicini fortius opprimantur: nonnulli etiam indebitè monasteria dirimunt. Alii domos & hospitalia & alia bona monasteriorum mobilia & immobilia frequenter occupant, & detinent occupata: Pluries quoque sine causa iusta impediunt ne exempti loca sua valeant reparare. Quidam statuta faciunt, per quæ derogatur privilegiis exemptorum. Et generaliter, quamplures prelati religiosi, præsertim exemptis & privilegiatis, in personis & rebus suis ac iuribus, ac spiritualibus & temporalibus, graves inferunt, contra iustitiam, & eorum privilegia, injurias & facturas. Verum quia una est regularium & secularium praelatorum, & subditorum exemptorum & non exemptorum universalis ecclesia, extra quam nullus omnino salvatur, quorum omnium unus est Dominus, una fides, & unum baptisma: decet ut omnes, qui eisdem sunt corporis, unius etiam sint voluntatis, & sicut fratres adinvicem vinculo charitatis sint adstricti. Decet igitur, ut & prelati, & alii tam exempti, quam non exempti sui iuribus sint contenti, & alter in alterius injuriam non proficiat seu facturam. Universis itaque prelati ecclesiarum presentis sanctionis edicto districtè præcipiendo mandamus, quatenus ipsi à prædictis gravaminibus omnino cessantes, & cessare suos subditos facientes, viros religiosos, exemptos, privilegiatos, & non exemptos, mendicantes & non mendicantes, charitative tractent & foveant, & sua iura & privilegia inviolabiliter eis servant. Et quoniam plus solet timeri, quod specialiter, quam quod generaliter inhihentur, eisdem prelati districtissime inhihentur, ut Abbates, priores, & alios religiosos, ne ad sua generalia, vel provincialia vadant capitula, impedire quomodolibet non præsumant.

DE PRIVILEGIIS, ET EXCESSIBUS
PRIVILEGIATORUM.

TITVLVS VII.

CAP. I.

Tonit sex casus, in quibus religiosi excommunicant, & absolutionem Papa reservat: & privilegia, & exemptionibus non obstantibus eos per ordinarios locorum denunciari præcipit. Ioan. And.

Clemens V. in Concilio Viennensi.

Religiosis, qui clericis aut laicis sacramentum unionis extremæ, vel Eucharistiæ ministrare, matrimonium solennizare, non habita super his parochialis Presbyteri licentia speciali, aut qui excommunicatos à canone, præterquam in casibus à jure expressis, vel privilegiis sed. Apost. concessis eisdem, vel à sententiis per statuta provincialia aut synodalia promulgatis, seu (ut verbis eorum utamur) à pena & culpa absolvere, quatenquam præsumperint: excommunicationis incurtant sententiam ipso facto, per sedem Apostolicam duntaxat absolvendi, quos etiam locorum ordinarii (postquam de hoc eis constiterit) excommunicatos faciant publicè nunciari, donec de absolutione ipsorum eis fuerit facta fides, nullo religioso eisdem super hoc exemptionis, vel alio privilegio suffragante.

Pont septem culpas religiosorum, à quibus eos præcipit absolvere sub certis parib, quas eu imponi iubet: & quas prelati ipsorum imponit, si non satis fecerint. Ioan. And.

Quibus etiam in virtute sanctæ obedientiæ, & sub

a In vetusto quodam manuscripto: Nonnulli etiam Abbates indebitè monachos & conversos etiam exemptos. b aliar, eorum. c alias, pensiones. d Hoc duo verba, vel pensiones, non habentur in orig. eod. etiam impressis.

interminatione maledictionis aeternae districtius inhi-
 beamus, ne in sermonibus suis ecclesiarum praelatis detra-
 hant. Aut etiam retrahant laicos ab ecclesiarum sua-
 rum frequentia vel accessu, seu indulgentias pronunciant
 indifcretas. Neve (cum confessionibus & testamento-
 rum intererant) a restitutionibus debitis, aut legatis ma-
 tricibus ecclesiis faciendis retrahant testatores. Nec le-
 gata, vel debita, aut male ablata incerta sibi aut aliis sin-
 gularibus sui ordinis fratribus vel conventibus in alio-
 rum praedictum fieri seu erogari procurent. Nec et-
 iam in casibus sedi Apostolicae, aut locorum ordinariis
 reservatis quatenus absolvere: Aut personas ecclesia-
 sticas, praesertim coram iudicibus delegatis a nobis, suam
 contra eos iustitiam proficuentes, vexare indebitè, aut ad
 loca plura, & praesertim multum remota convenire, pra-
 sumant. Si qui vero praemissa, vel aliquid de praemis-
 sis attentare praesumpserint, per duos menses subiaceant
 poenis illis, quae secundum eorum regulam, vel statuta,
 pro gravibus criminibus seu culpis eis consueverunt impo-
 ni. Super quibus absque intermissione necessitate cum eis
 non valeat dispensari. Ceterum praelati eorum, nisi de
 iis, quae occasione praemissorum & excessuum ad eos quo-
 quo modo pervenerint, ecclesiis aut personis ecclesiasti-
 cis damnificatis, vel laicis satisfactionem plenariam ex-
 hiberint intra mensem, postquam super hoc fuerint re-
 quisiti, suspensionis sententiam usque ad satisfactionem
 debitam eo ipso incurrant, non obstantibus a praemissis
 statutis, aut quibuslibet privilegiis, cunctisque tenoribus
 existentibus.

Ponit moderationem circa duos primos casus, hoc dicit. Ioan. Andr.

Sanè religiosis illis quibus est ab Apostolica sede con-
 cessum, ut familiaribus suis domesticis aut pauperibus in
 hospitalibus suis degentibus, sacramenta possint ecclesia-
 stica ministrare, nullum ex praemissis volumus quoad hoc
 praedictum generari.

CAP. II.

*Archiepiscopi per loca exempta Provinciae suae faciunt crucem
 ante se deferri: ipsi etiam & diaconum ibi benedicunt, audiunt
 de roma, & illa celebrant, & faciunt celebrari: per hoc tamen
 exemptis vel privilegiatis in aliis nullum sit praedictum. Ioan.
 Andr.*

Idem in eodem.

Archiepiscopo & per quaevis loca exempta suae provin-
 ciae facienti transire, aut ad ea forsan declinan-
 ti, ut crucem ante se liberè portari faciat, benedicat po-
 pulo, divina officia privatim vel publice ibidem audiat,
 & ea etiam in pontificalibus celebret, & faciat in sua pre-
 sentia sine pontificalibus celebrari (quovis privilegio con-
 trario non obstante) sacro approbante consilio praesentis
 constitutionis serie duximus concedendum. Simili mo-
 do concedimus Episcopo, ut in locis eisdem suae dicece-
 sis possit populo benedicere, audire divina officia, & ea
 etiam celebrare, & in sua praesentia facere celebrari. Si
 tamen quod praetextu huiusmodi, in locis
 ipsi exemptis, vel circa hoc privilegiatis, nullam aliam
 jurisdictionem idem Archiepiscopus vel Episcopus ex-
 erceat, nec personis exemptis vel privilegiatis mole-
 stiam inferat, vel gravamen, nullumque huiusmodi
 exemptioni vel privilegiis eorum aliquid praedictum gene-
 retur, nec ipsi Archiepiscopo vel Episcopo jus aliud quo-
 modolibet acquiratur.

*a Vide omnino Conc. Lat. sub Leon. X. Sess. 11. in decreto in ip.
 Superne maiestati praesidio. b al. factumibus. c al. pradi-
 torum. d In antiquitatis impressis constanter legitur ita: non
 obstantibus in praemissis statutis, &c. e vide notata per Dd. in
 c. 1. ut lite pend. & in cap. antiqua de privil. f alias exerceant.
 g al. infrant. h al. ita: nullamq. exemptionis eorum vel pri-
 vilegii aliam praedictum generetur.*

DE POENIS.
 TITVLVS VIII.
 CAP. I.

*Percutiens Episcopum, capiens, & hauriens, vel hoc maledi-
 vel ratiocinis, socius, consiliarius, fautor, & defensor, non so-
 posterus, cruitas in hoc delinquens, & qui officiali, parum tamen
 consilium puniuntur. Ioan. Andr.*

Clemens V. in concilio Vianensi.

Si quis a suadente diabolo in hoc sacrilegii genere
 proruperit, quod quemvis Pontificem immortali ve-
 temerè percusserit, aut ceperit, seu haurierit, vel
 hac mandaverit fieri, aut facta ab aliis rata habuerit, vel
 socius in his fuerit faciens, aut consiliarius in his detor-
 aut favorem, seu scienter defensor, eundem: in aliis
 casibus de praedictis, in quibus ex omni iustitia per
 jam editos canones non luberet, sit huiusmodi consti-
 tutionis auctoritate (non obstante quacunque condemp-
 nazione, quam reputamus approbante sacro consilio pontificis
 corruptelam) anathematis mucrone percussus, a quo ne-
 queat, nisi per summum Pontificem (gratequam in ar-
 ticulo mortis) absolvi. A feudis in laque, locutionibus,
 officiis, & beneficiis spiritualibus live temporalibus, quae
 ab ecclesia, cui sic offensas praestitit Episcopus, obtinet, et
 ab hoc ipso, ac ad eandem ecclesiam ibere evocantur.
 Ipsi filii per masculinam descendentes lineam usque ad
 generationem secundam (omni spe dispensationis ad-
 emptae) reddantur ipso facto inhabiles ad ecclesiasticas be-
 neficia, in civitate & dicecesi, in quibus idem Episcopus
 praesidet, obtinenda. Terra quoque ipsius (quam tamen
 ultra unam dicecesim non contineat) usque ad condemp-
 nam satisfactionem eiusdem: Nec non & loca sua loca,
 in quibus captus Episcopus detinebatur, quoad de-
 tentio ipsa in eisdem duraverit, ecclesiasticis habitantibus
 interdicto. Quod si terra eiusdem duas dicecesis, et
 ultra contineat, dicecesis domicilii principalis ipsius &
 & illa etiam, in qua fuerit delictum commissum, & in
 sit, & duae aliae quae sub ipso sunt eidem loco magis pro-
 cinae, interdicto subiacent supra dicto. Et qui in re-
 gior erit ipsius consilio, quo loca fuerit culpa praestitit,
 quousque dignam satisfactionem praestiterit, & om-
 nnes illius loci, in quo commissum est delictum, nec non
 civitatum, & dicecesis vicinarum ecclesias quoad benefi-
 cibus dominicis, & festivis, pulsatis campanis & con-
 accensis excommunicatus publice nunciatur. Quae
 absolvendus fuerit, sufficienter & idonee nunciatur, quod
 inferendae poenae parebit, & auxiliante domino poenitentiam
 peraget injungendam. Civitas autem, quae ex-
 missa, vel eorum aliquid in Episcopo suum commiserit,
 interdicto (donec satisfecerit) habereat memorata.
 Potestas vero, consiliiarii, ballivus, habens, advocatus, con-
 sules, rectores & officiales ipsius, quocunque nomine
 censentur, in praemissis culpabiles existentes, similiter
 excommunicationis sententiae, a qua nisi ut excommuni-
 catus non valeant abolitionis obtinere beneficium, sunt
 subiecti. Quae & omnia tanto magis in Episcopo
 intersectoribus sunt servanda, quanto in eos levior
 quam in praefatos poena debet exurgere, & gravior
 indignationis aculeus deservire.

*Excusat rigorem, dicens, quod graviores poenae debentur impo-
 Ioan. Andr.*

Nec super hae quisquam miretur, quod praemissa pro-
 petrantibus poenas non inferimus graviores: licet etiam
 (quod dicere pudet) hae, pro dolor, sic quenter occurrant.

*a De iudicibus huius Clement. vide Joannem Lupum in not.
 de liberi eccles. part. 2. quaest. 1. b al. ita: necnon loci sui
 dia, in quibus, &c. c al. ita: & illa etiam terra in qua praesidet
 d al. omnigenam. e al. ita: quae etiam tanto magis, &c.*

